

467.

Blasius Thammöller Dekan und die gesamte Artistenfakultät fordern den über Jahresfrist in Italien weilenden Magister Georg Joachim Rheticus auf wieder nach Leipzig zu kommen.

Leipzig, 1546 Juli 23.

Hdschr.: Registrum facult. artium fol. 42.

5

S. d. Etsi tuo honori dignitatie ac commodis favemus, presertim servituri ut confidimus existimationi communitatis nostre et te, quoniam tibi placet in Italia iam diutius anno uno versari, facile patimur, tamen cum et multorum sermones et res ipsa nos hortaretur, ut de revocando te consilium iniremus, locuti sumus cum Ioachimo Camerario, singulari amico tuo et ab eo postulavimus ut significaret tibi voluntatem nostram, qui censuit a nobis litteras ad te publice esse scribendas, quas illi tradidimus ut tibi mitteret. Non autem te latere potest de aliorum consiliis ac factis varia esse hominum iudicia et professionis tue artifices apud nos desiderare. Nam quod d. Ioachimus Camerarius, scole nostre rector, tuam horam vacuum esse non sinit et malevolorum obtrectationi occurrit et fortasse aliquorum studia excitavit, sed tua doctrina alia est, quapropter eam spem que facta est nobis de reversione tua prestabis et perficies, ut ad proximum autumnum huc redeas ad munus tuum idque ut facias a te petimus, neque enim sustinere quorundam reprehensionem diutius poterimus, neque hanc partem studiorum tamdiu quasi fugere communitati nostre ferendum. Facies autem nos certiores litteris tuis quid constitutum habeas tibi que persuadebis nos nominis tui studiosissimos et quacunque in re concedatur cupide tibi gratificaturos esse. Ioachimo annui stipendii pecunia persoluta est. Te quam rectissime valere et quam primum feliciter reverti ad nos cupimus. Lipsie x. cal. augusti anno M D XLVI.

Decanus et communitas studii bonarum artium,
m. Blasius Thammöller.

25

Optimo et doctissimo viro Georgio Ioachimo de Porrís Rhetico, optimo artium magistro et mathematices professori eximio, amico nostro.

Am Rande: Hic ob belli tumultus per Germaniam commotos respondere necdum potuit mense octobri anni M D XLVI.

468.

30

Die Universität erläßt auf Befehl des Herzogs Moritz eine Ordnung für die Schule zu Pforta.

1546 Aug.

Hdschr.: Concept Hauptstaatsarchiv Dresden, der Fürstenschule zu Pforta Einkommen belangend 1544—1696 loc. 10408 fol. 36—40.

Ann.: Das Schriftstück trägt die Ueberschrift: Der universitet zu Leipzig inspection, cura und ordnung die churfürstlichen schule zur Pfortten belangende, bestellet im augusto des 1546. iars.

35